

Sigismundus Primus Rex Poloniae  
Solimano Turcarum Imperatori

183

Serenissime et Potentissime Princeps.  
Q[uod] Literas vestras accepimus, et Muntium  
cum audivimus, eadem prope, qua in Literis  
scripta erant proferentem. Quoniam vero Ep-  
iscopum Cracoviae, de quo inflammato et direpto  
Muntium vestra nobiscum exostulat longiore  
intervallo, disjunctum est ab hac sede nostra  
Regia, haecenus nullum Muntium vestro  
certum responsum dare potuimus, sed investiga-  
ri diligentem et modis omnibus explorari feci-  
mus, per quem clade hac, subditi vestro Muntium  
sunt afflicti, qua in re utimur etiam opera  
Serissimi Filij nostri, qui in Magno Ducatu  
nostro Lithuaniae, summa et ipse Diligentia  
in Authores istius Jacinonis inquiri, atque haec  
nobis causas fuit, retinendi ductus Muntij  
vestro quod illi pro virili nostra, in om-  
nibus satisfieri cupimus, presente et inspe-  
ctante eo, ut omnes intelligant, eam amicitiam  
qua cum vobis vestra nobis intercedit, nihil

esse nobis

nihil esse nobis prius, et antiquius, Dabimus  
itaque omnem operam, ut si qui ex nostris  
ea patrasse comperti fuerint, De quibus M<sup>tes</sup>  
Vestri Subditi queruntur, ii Debitas penas  
non effugiant, atque ut omnia hominibus  
M<sup>tes</sup> Vestri Sarciantur, si que per nos homi-  
nes Damna illis illata fuerint, si vero ab eis  
commissum aliquid sit, qui nostre Jurisdic-  
tionis non subsumunt, cum eorum ad nos non perti-  
nere, facile pro prudentia sua M<sup>tes</sup> Vestri  
prospiciant, sed non tamen faciemus omnia in  
hac causa, que ad amicitiam cum M<sup>tes</sup> Ve-  
stri et bonam vicinitatem conservandam  
pertinebunt, neque autem inquiremus, aut ul-  
temur segnius, si quid per nostros peccatum  
esse constiterit, quam si contra nos ipsos  
peccatum esset, quemadmodum re vera pec-  
cat, contra Nos, qui Pacem et concordiam  
Publicam, quantum in ipso est rumpere conat-  
tur, Hac itaque sola de causa, retinuimus  
Nuntium M<sup>tes</sup> Vestri et nostre Diligentia  
et eorum que hic acta per nos essent, secula-  
ritas testis esse possent, Quod M<sup>tes</sup> Vestri  
Literis hanc significandum esse Duxi-  
mus —

Quod de Graco



